



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Modi LX Sacrae Orationis variè Formandæ

Kojałowicz, Kazimierz Wijuk

Antverpiae, 1668

Modus L.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69292](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69292)

ter audias, quid eum oportet facere, qui laborat propter spem. &c.



MODUS L.

ID, quod sub similitudine, metaphora, Allegoria Parabola, Evangelium aut scriptura tradit, exponitur sensu claro, atque probatur. Exempla tot esse possunt, quot penè leguntur Evangelia. In libertate autem cujusque erit unum aut aliquot sensus prosequi.

PRAXIS.

In communi Virginum.

Acceptis lampadibus non tulerunt oleum.

Matth. 25.

Accessus & Propositio. Et factum fatuarum virginum, & pœnam cognoscimus, superest ut alienis periculis cauti reddamur, nec sinamus lampades nostras extinguere: quòd ut præstari commodè possit, discamus, quid sint lampades, sine oleo.

Confirmatio, per sensum Allegoriæ clarè redditum.

B. Nilus antiquissimum & sacratissimum Ecclesiæ decus lampadem sine oleo; vult haberi, conscientiam sine cultu: unde in parænesi ait; *Pro lucerna, utere in actionibus tuis conscientia: ea enim, & qua*

quæ in vita bona sunt actiones, & quæ mala, ostendens
 verissimè vir veritate & spiritu plenus. Lucerna
 conscientia est, neque aliud lumen clarius est, quo
 homo dirigi sine errore potest, quàm conscientia;
Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semi-
tis meis inquit. Psal. 118. si id de verbo Dei, per le-
 gesejus significato intelligas, bene est: intelligi ta-
 men idem, optimè potest, de verbo illo, de quo id-
 dem Psal, *Audiam quid loquatur in me Dominus.*
 Psal. 84. nunquam silet, Dei monentis vox; intra
 nos. In sitam conscientiam habemus, quæ verita-
 tum infallibilis Magistra, Lux, & lumen mentium
 fit. Hujus interea luminis, dum à quibusdam nulla
 cura geritur, fit ut extinguatur: eveniatque consci-
 entix sine cultu, quod lampadi sine oleo. Venera-
 bilis Beda cap. 45. refert morem cereorum conse-
 crandorum in veteri Ecclesia fuisse: ut sacerdos, ce-
 reum porrigens pueris, his verbis uteretur. *Pueri,*
vestra vita cerea est. Adolescentibus conscientia tua
utere pro lucerna. Viris, in hunc modum, inflamma-
tum cor tuum ardeat, ut possis dicere anima mea in
manibus meis semper. Senibus videte senes, quanto
vobis olei abundantia opus est, ut lucerna vestra in æ-
ternam ante divinam Majestatem ardeat. Notan-
 dus verborum ascensus, qui post traditam lampar-
 dem, ejus continuam præ oculis gestationem &
 olei provisionem commendat. Scilicet, ut con-
 scientix cultui continuo invigiletur, atque atten-
 datur. O quot sunt! quibus cum illa primum
 a deo clare præluxisset, ut minimos errores atque

nævos ostenderet, tandem sensim sine sensu, voluntario neglectu eo sunt prolapsi ut *per diem incurrant tenebras*, Job. 5. *Et quasi, in nocte sic palpitent*: imò ut cum impiis in tenebris conticescant, & incircuitu illo Psal. 15. *ambulent*, quem explicans D. August. Confes. 6. his ingemiscit. *Va va anima mea, qua speravit, si à te recessisset, se aliquid melius habituram*: *versa & reversa, ceu impiorum*, (ceus impiorum circulum) & *in tergum & in latera, & in ventrem*, & *dura sunt omnia* justissimo Dei Judicio contingit, ut qui bona conscientia & lumine Dei usi, utrumque neglectu cultus & studiorum contempserunt: ferant sententiam, qualem tulit Pontifex ille, apud B. Damian. lib. 1. ep. 20. qui lampadio ante D. Petri sepulchrum appensa, sumptus subtraxit. Huic enim aliquando oranti, vir ætate gravis apparens, alapam impegit: à cuius ictu obiit, his alapæ adjectis: *Quia extinxisti lucernam meam, extinguam & ego lucernam tuam ante Deum.*

Sed & aliam lampadem sine oleo. Hugo Caren. in cap. 5. Matth. assignat, dum ait, *lucerna sine oleo, doctrina sine vita.* Doctrinam esse lucernam, totius Ecclesiæ consensus fatetur, cum indoctorum festis populo prælegit. *Vos estis lux mundi.* Ratio quoque palam evincit, cum sapientiâ & doctrinâ mens dirigatur, quemadmodum
luce,

luce, oculi, & corpus reguntur. Non semper trā-
 quillo utimur, nec sole semper sereno, & phæbo
 nubila succedunt, & diebus noctes, Accende lu-
 cernam, consule rationem & sapientiam, & utrum-
 que securus vinctes. At doctrina, sine vita, lucerna
 sine oleo. Lampadi quispiam deficienti, tu doctri-
 næ, malis moribus corruptæ, adscripseris, *plus fa-*
toris quam luminis. Quis dicat rectè luxisse, qui fi-
 nem suum ignorantes aberraverunt à via iustitiæ,
 & queri Is. 59. *auditi. Expectavimus iudicium, &*
non est: Salutem, & elongata est à nobis. An non lam-
 pas fatua? Sapientia sine vita, Doctorum Bonō-
 nensium, qui grandi numero damnati, in Fride-
 rico religioso comparuere. Spec. Mag. Exem. An
 non lampas fatua? Hugo Episcopus, scientia mi-
 raculosè donatus, & dum infelicem ludum impiæ
 vitæ diu luderet, ad inferos abreptus, Ibid. An non
 lampas fatua Doctor Parisiensis, qui iusto Dei ju-
 dicio se condemnatum palam est professus, in vita
 S. Brun, An non lampas fatua? Concionator Do-
 ctissimus, qui ignea in Averno Cathedra pressus,
 os omnibus damnatis conculcandum porrigebat.
 Clausa est his janua nec à Deo cogniti, quia lam-
 pades eorum, sine oleo, vitæ bonæ, extinctæ. Veris-
 sime P. Nazian. Oratione de grandine. *Sapientia*
prima, est vita laudabilis, Deoq; expiata, seu purgata.
Non is qui in verbis sapit mihi sapiens est, sed ille, qui
paucis de virtute sequitur, multa verò ostendit operi-
bis: fidemque sermonis, per vitæ roborat actionem,
longè mihi est præstabiliior, formæ pulchritudo, quæ
conspici potest, quam quæ sermonis pingitur industria.
nec

nec non diuitia, qua manibus continentur, quam
 qua effinguntur somnio sapiamus, sed vita quoque
 & exemplo, Intellectus enim bonus, omnibus facien-
 tibus eum Pscl. 110. Cæterum pergit. Augu. in
 Confes. Pereant hæc omnia, dimittamus, vana & in-
 ania: conferamus nos ad solam inquisitionem verita-
 tis. Vita hæc misera est, mors incerta, si subito obre-
 pat quomodo exhibimus? Præcesserat, quod his sub-
 jungo. Deputentur tempora, distribuantur horæ pro
 salute animæ.



MODVS LI.

R Ei sub similitudine in Evangelio vel scripturâ
 propositâ, proprietates assumuntur, ac seor-
 sim, significato applicantur. E. gr. Dominica Se-
 ptuag. sub similitudine operariorum ad vineam
 vocatorum, diceret. Fideles ad Ecclesiam vocatos
 intelligi tum de eorum officio per expensas labo-
 rantium in vinea proprietates, agerēs: quales sunt,
 Plantare, Purgare, Eradicare, Torcular premere,
 quæ omnes, Christianæ institutioni essent appli-
 candæ.

PRÆXIS.

Dominica VIII. à Pentecost.

*Laudavit Dominus villicum iniquitatis quod præ-
 denter fecisset. Luc. 16.*

S

Acces-